

& venerabilis ille numerus esset, propter iubilium, a Beate Maria, qui Hieronymo tribuitur, non dixisse, qui in quinquagesimo quemque annum inciderebat. Euthymius existimat Iudaeos putasse Christum propter iudicij maturitatem, propter gravitatem, propter doctrinam, & experientiam esse plusquam quadragenarium. Aliis placet Christum propter docendi laborem ita affectum fuisse corpore, ut merito quadragenatio maior videretur. Res mihi videtur facilis, agebat tunc Christus annum tricesimum secundum aut tertium, poterat dubitari an quadragimum artigerit, non dum autem quinquagesimum attigisset satis apparebat. Noluerunt ergo dicere Iudaei, quod ambiguum esse poterat. Quadraginta annos non dum habes, ne forte redarguerentur esse mentiti, sed dicunt quod certum est, Quinquaginta annos nondum habes.

88. Dixit ei Iesus, Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Videtur Christus non satis ad rem accommodare respondere. Cum enim dixit, Abraham in exultavit ut videret diem meum, vidit, & gausus est, diem suum quem ad modum exposuimus, non diuinum, sed humanum intelligebat. Eodemque sensu Iudaei interrogauerunt. Quinquaginta annos non iam habes, & Abraham vidisti? Nunc autem non de humano, sed diuino responderi die, Antequam Abraham fieret ego sum, quod videtur speciem sophismatis habere. Certum non sophistice, sed valde prudenter id a Christo factum est. Non enim ad verba, sed ad Iudaeorum animum responderi. Nam cum negat, quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? de illo tanquam de puro homine loquitur, qui ante quinquaginta annos non extitisset. Docet ergo errare eos: nam quauis, ut homo erat, nondum quinquaginta haberet annos, tamen esse praeter ea Deum, qui ante omne tempus existerit. Cur ergo non dicit, antequam saecula ego eram, quem ad modum de illo Ioannes dixerat, in principio erat verbum, quibus verbis clarius diuinitas eius asseruisset? Quia de Abraham quaestio erat, an eum videre potuisset, itaque satis habuit dicere, Antequam Abraham fieret, ego sum. Sed haec ipsa verba, ita est moderata, ut non obscure significauerit se non solum ante Abraham, sed ante omnia etiam saecula extitisse. De Abraham enim dicit, fiet: de se non dicit, factus sum, sed, ego sum, quod omnes fere auctores adnotauerunt, Augustinus, Leontius, Beda, Theophylact. Euthymius. Rupertus, Appendit verba, inquit August. & cognosce mysterium. Antequam Abraham fieret, intell. ge, fietur, ad humanam naturam, sum vero ad diuinam pertinere substantiam. Et r, quia creatura erat Abraham. Non dicit, aut: quam Abraham esset, ego eram, sed antequam Abraham fieret, qui nisi per me non fieret, ego sum. Neque hoc dicit, antequam Abraham fieret, ego factus sum. In principio enim factus Deus calum, & terram: nam in principio erat verbum. Antequam Abraham fieret, ego sum. Agnosce creatorum, discernite creaturam. Notantur etiam Chyloft. August. Beda, Rupertus, & auctor libri de assumptione

eram, sed, sum, quod sum supra omne tempus differentiam sit, & quodammodo allusisse ad illud, Ego sum qui sum. Itaque recte ex hoc loco Tertullianus in libro de Trinitate, aut quisquis eius est auctor, Christi probauit diuinitatem. Antequam Abraham, inquit, ego sum. Nemo hominum ante eum potest esse, ex quo ipse est, nec potest fieri, hoc loco ut quidquam prius fuerit ante illum, ex quo ipsa originem sumpsit. Sed in Christo, cum ex Abraham sit, ante Abraham esse se dicit. Aut mentitur igitur, & fallit, si ante Abraham non fuit, qui ex Abraham fuit. Aut non fallit, si etiam Deus est, dum ante Abraham fuit. Quod nisi fuisse consequenter cum ex Abraham fuisse, ante Abraham esse non potest. Qui autem Iudaei intellexerunt, sed non crediderunt. Rursum putantes eum blasphemare, qui se aperte Deum esse diceret, lapidare voluerunt.

59. Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum. Erat lex Leuit. 24. 16. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte morietur, lapidibus opprimat. Non omni multitudine populi. Nulla autem blasphemia maior esse poterat, quam si quis homo, qui Deus non esset, sibi iuintra se attribueret, Iudaei ergo putantes Christum purum esse hominem, videlicetque Deum se profitemem tanquam blasphemum lapidare voluerunt. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo. Saepe in ea sui sententia, ut eximitur Christum non abscondit se se, occultando se in loco aliquo secreteo. vbi a Iudaeis inueniri non posset, sed reddendo se inuidentem, interim dum per medios hostes suos gradiens de templo egredere. Eoque libentius iacentibus, quod videbam Calvinistis magnopere repugnare timentes, ne si Christus se inuisibilem facere potuisset, & in Eucharistia inuisibilis esse posset. Et ecce his diebus dum Graecam in Ioanne Catenam lego, incidit in eum testimonium de eate grauisimum Theodori Heracleensis, ex quo Leontius, Theophylact. & Euthymius, ut opinor, acceperunt, ut uterque Theophylactidem omnino verbis, quae hoc loco inferenda putant. *ἀπεκρίθη δὲ εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῶν ἑσθλῶν ὁμοιωμάτων, ὅτι ἐστὶν ἕκαστος ὁ ἀπὸ τοῦ ἑσθλοῦ κατὰ τὸν ἑσθλόν, ὅτι ἕκαστος ἑσθλὸς ἐστὶν ὁ ἀπὸ τοῦ ἑσθλοῦ, ὅτι ἕκαστος ἑσθλὸς ἐστὶν ὁ ἀπὸ τοῦ ἑσθλοῦ, ὅτι ἕκαστος ἑσθλὸς ἐστὶν ὁ ἀπὸ τοῦ ἑσθλοῦ.* Certe si non alia res, haec ipsa Christus Deum esse declamant, quod ex medijs hostibus lapidibus iam ad illum occidendum paratis euasit. Cur nunc potius, quam ante aufergetur, aurita locutus fuerit, ut eum Iudaei voluerint lapidare. Chyloftomus, Theodorus Heracleon & Theophylactus respondet, id fecisse, quando voluit, voluisse, cum vidit satis officio docendi suo fecisse, abunde auditors docuisse, si quidem vellent credere. Putat Theophylactus eos ipsos fuisse, qui nunc lapidare Christum voluerunt, & qui supra ver. 30, dicuntur eo concionante credidisse, sed probabilis est, & probior ingenij credere fuisse diuersos.

Sup. c. 1. 1. *Sup. c. 1. 1.*

Tract. 43. *Tract. 43.*

Gen. 1. 1. *Gen. 1. 1.*

Sup. c. 1. 1. *Sup. c. 1. 1.*

Christus inuisibilis fuit.

CAPVT IX.

T praeteriens vidit hominem caecum a natiuitate. 2. Interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut caecus nasceretur? 3. Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo. 4. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit enim, quando nemo potest operari. 5. Quoniam diu sum in mundo, lux sum mundi. 6. Haec cum dixisset, exiit in terram, & fecit lutum ex spu, & linxit lutum super oculos eius, 7. & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe (quod interpretatur Misus). Abiit ergo, & lauit, & venit videns. 8. Itaque vicini, & qui viderant eum prius quia mendicis erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat? & mendicabat? Alii dicebant: Quia hic est. 9. Alii autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat: Quia ego sum. 10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? 11. Respondit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit: & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe, & laua. Et abiit, lauit.

laus, & video. 12. Et dixerunt ei: Vbi est ille? At: Nescio. 13. Adducunt enim ad Phariseos, qui caecus fuerat. 14. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. 15. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. 16. Dicebant ergo ei Pharisei quidam: Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere? Et schisma erat inter eos. 17. Dicitur ergo caeco iterum: Tu quid dicit de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. 18. Non crediderunt ergo Iudaei de illo, quia caecus fuisse & vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat. 19. & interrogauerunt eos, dicentes: Etis filius vester, quem vos dicitis quia caecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? 20. Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia caecus natus est. 21. Quomodo autem nunc videt, nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsi enim interrogat: etatem habet, ipse de se loquatur. 22. Haec dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudaeos: iam enim conspirauerant Iudaei, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. 23. Propterea parentes eius dixerunt: Quia etatem habet, ipsum interrogat. 24. Vocauerunt ergo rursus hominem, qui fuerat caecus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: nos scimus quia hic homo peccator est. 25. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: vnum scio, quia caecus cum essem, modo video. 26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi quomodo aperuit tibi oculos? 27. Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? Numquid & vos vultis discipuli eius fieri? 28. Male dixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. 29. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hinc autem nescimus unde sis. 30. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos. 31. Scimus autem quis peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. 32. A saeculo non est auditum quia quis aperuit oculos caeci nati. 33. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam. 34. Responderunt, & dixerunt ei: An peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. 35. Audivit Iesus quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? 36. Respondit illi, & dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum? 37. Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. 38. At ille ait: Credo Domine. Et prociens adorauit eum. 39. Et dixit Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident videant, & qui vident caeci fiant. 40. Et audiverunt quidam ex Phariseis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos caeci sumus? 41. Dixit eis Iesus: Si caeci essetis, non haberetis peccatum, nunc vero dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

IN CAPVT IX.

Et praeteriens vidit hominem caecum a natiuitate. Sicut curando aliquid voluisse mystice significare, itaque sensus etiam mysticus hoc loco est literalis. Quod ergo diximus quosdam obicere, ut probent non statim post exitum a templo hoc accidisse, quod discipuli in templo cum Christo non fuerint, probare: non possunt, quin verisimile non est cum eo non fuisse, & per totos septem dies passos fuisse se Christi aspectu carere. At solus Christus factus, ut diximus, inuisibilis exiit de templo. Ita est, sed quid prohibet discipulos, cum viderent magistrum suum non apparere, simul etiam egresos, & in via eum consecutos esse? Quod autem putant vero simile non esse recens offensas Iudaeorum animos nouo miraculo magis exacerbare voluisse, in eo longe diuersum Chyloft. & Theophylacti iudicium est, qui duas Christum eo causas hoc miraculi statim egressum de templo fecisse tradunt, & ut nouo, insignique miraculo Iudaeorum volentium se lapidare duritiam emolliere, & ut re ipsa, quod paulo ante illis dixerat, confirmaret, maiorem priorumque esse, quam Abrahamum. Existimant etiam Chyloft. & Theophylact. verbum illud, vidi Christophum habere. Vidisse enim non casu, non quoque modo, sed cum de industria ea praeteriret, sciens sibi eam esse, ut inuentum curaret, & cum oculos in eum coniecisset, eum que contemplatus fuisset aliquantisper: ex ea enim ardens inspectione Christi discipulos occasionem accepisse interrogandi, quis peccasset, ille, an parentes eius, ut caecus ille nasceretur. Res quidem ita habet sese, Christum nos priores non magis, quam caecus ille videre possumus, ipse nos, ut lanemus, prior videat necesse est. Quod Euangelista notauit non quoque modo, sed a natiuitate caecum fuisse, eo pertinet, ut appareat, quantum in eo curando miraculum fuerit. Nam qui iam nati caeci sunt, contrariis fortasse remedijs sanari possunt, et si Philofophi nodabunt, qui autem caecus natus est, is ab alio meo dico,

laui, & video. 12. Et dixerunt ei: Vbi est ille? At: Nescio. 13. Adducunt enim ad Phariseos, qui caecus fuerat. 14. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. 15. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. 16. Dicebant ergo ei Pharisei quidam: Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere? Et schisma erat inter eos. 17. Dicitur ergo caeco iterum: Tu quid dicit de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. 18. Non crediderunt ergo Iudaei de illo, quia caecus fuisse & vidisset, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat. 19. & interrogauerunt eos, dicentes: Etis filius vester, quem vos dicitis quia caecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? 20. Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia caecus natus est. 21. Quomodo autem nunc videt, nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsi enim interrogat: etatem habet, ipse de se loquatur. 22. Haec dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudaeos: iam enim conspirauerant Iudaei, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. 23. Propterea parentes eius dixerunt: Quia etatem habet, ipsum interrogat. 24. Vocauerunt ergo rursus hominem, qui fuerat caecus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: nos scimus quia hic homo peccator est. 25. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: vnum scio, quia caecus cum essem, modo video. 26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi quomodo aperuit tibi oculos? 27. Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? Numquid & vos vultis discipuli eius fieri? 28. Male dixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. 29. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hinc autem nescimus unde sis. 30. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos. 31. Scimus autem quis peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. 32. A saeculo non est auditum quia quis aperuit oculos caeci nati. 33. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam. 34. Responderunt, & dixerunt ei: An peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. 35. Audivit Iesus quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei? 36. Respondit illi, & dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum? 37. Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. 38. At ille ait: Credo Domine. Et prociens adorauit eum. 39. Et dixit Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni: ut qui non vident videant, & qui vident caeci fiant. 40. Et audiverunt quidam ex Phariseis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos caeci sumus? 41. Dixit eis Iesus: Si caeci essetis, non haberetis peccatum, nunc vero dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

lii dico,

Ma. 15. *Ma. 15.*

Lib. 9. *Lib. 9.*

Tract. 44. *Tract. 44.*

dicō, quam ab ipso auctore nature sanari non potest. Chry-
 soſt. Theophylaſt. Euthymius adnotauerunt,
 idemque ſcribit Ambroſ. epiſt. 75. Ergo ne nos quidem
 praterire debemus, quem præcedendam Dominus non puta-
 uit, præſertim cum à generatione cæcus fuerit, quod non orio-
 ſe eſt poſitum. Eſt enim cæcus, qui plerumque vi agilitatis
 aciem obducit oculorum, eadēque tem potius ſtatio mitigatur.
 Eſt cæcus, qui humorum infuſione generatur. Ea quoque vi-
 ſio plerumque ſublato medicinz arte depellitur, vt cognofcit,
 quia quod iſte ſanatur, qui à generatione cæcus eſt, non artis
 eſt, ſed poteſtatis. Donauit enim Dominus ſanitatē, non ne-
 diuinitatem exercuit. Eos enim ſanauit Dominus Ieſus, quos ne-
 mo curaret. Diximus hunc cæcum aliquid, vt Chriſtus
 ipſe indicat, ſignificaffe. Quid in eo myſteri Cyri-
 llus, & Rupertus eſſe exiſtimauerint, paulo ante docui-
 mus, nempe Gentilium populum deſignaffe, qui ſine
 lege, ſine Dei cogitatione, veluti cæcus à natiuitate ſua
 erat. Auguſtinus, & Beda totum humanum genus ſi-
 gnificare putat, quod à natiuitate ſua cæcum eſt, quia
 omnes ſumus natura ſilij. Confirmabat etiam hinc
 Gnoſtici ſua illa abſurdiffima deliria, vt auctor eſt Irenæus
 lib. 2. c. 6.

2. Et inſiſtiſſe videntur enim diſcipuli eius. Rabbi, qui pec-
 cauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur?] Quæri
 ſolet qua occasione diſcipuli hoc interrogauerunt,
 cum nihil ſimile de alijs ægrotis legimus in ſcripturis
 eſt, Chryſoſtomus hom. 55. & Theophylaſtus vt ſuperi-
 ore verſu diximus, ex attenda Chriſti in cæcum il-
 lum inſpectione occaſionem accepiffe putant exiſti-
 mādū aliquod peccatum viduſſe Chriſtum, quod eius
 cæcitate fuiſſet cauſa, quod cum poſteius natiuita-
 tem admiffum eſſe non poſſet, rogā quis, antequam
 naſceretur peccauiffet, hic aut parentes eius vt cæcus naſ-
 ceretur? Alii ex recenti hiltoria paralytici curati ſam-
 pliſſe quæſtionis occaſionem. Dixit autem illi Chri-
 ſtus cap. 5. 14. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne de-
 terius aliquid tibi contingat. Inde opinioem conceperunt
 omnes morbos propter peccata hominibus e-
 uenire. Cum ergo in alijs facile intelligerent propria
 peccata proprioꝝ morborum eſſe cauſam, vide-
 rentque hunc natum eſſe cæcum, interrogant quo
 peccato ſuone, an parentum ſuorum cæcus natus ſit.
 Sic Euthymius, videntur que eſſe probabilis. De ipſa
 diſcipulorum quæſtione alia maior eſt quæſtio,
 quomodo dubitent, interrogentque, an ille pec-
 cauerit, qua enim ratione, antequam eſſet, peccare
 poterat Chryſoſto. & Theophyl. hac de cauſa abſur-
 dam dicunt fuiſſe quæſtionem. Ambroſius vero epi-
 ſtola 75. non ob hoc ſolum, ſed quod debilitates corpo-
 rum, vt eius var verbiſ, referant ad merita delictorum. Cy-
 rillus in Græca Catena exiſtimat Iudeorum opinio-
 ne imbutos fuiſſe diſcipulos, qui putarent animas ante
 corpora creatas peccauiffie, ac propter peccata in
 corpora detraſas, meliora, peioraue pro merito cuiuſ-
 que. Eam errorem Epiphanius diligentiſſimus eorum
 rerum ſcripſor non vlli Iudeorum ſecta, ſed Oigeni
 tribuit, Theophylaſtus Philoſophis, Platonicos, vt
 opinor, intelligens. Vix tamen credibile eſt aut Phi-
 loſophorum, aut Iudeorum tam abſurdo errore tin-
 ctos fuiſſe Chriſti diſcipulos, homines præſertim, vt
 ait Theophylaſt. litterarum rudes Leontius putat nō
 interrogare diſcipulos de præterito, ſed de futuro
 peccato, non enim ignoraſſe, antequam naſceretur,
 nequaquam peccare potuiſſe, ſed exiſtiſſe Deum
 futurorum prædictum, cum proſpiceret fore, vt natus
 peccaret, eſſe ſcilicet, vt in futuro peccati poenā cæcus
 naſceretur. Non ergo interrogare diſcipulos an ille,
 antequam natus eſſet, peccauiffet, ſed an propter pec-
 catum aliquod, quod iam natus commiſſet, diuina
 providentia cæcus natus ſit. Idem Theodoruſ

Quos deſi- gnauerit hic à nati- uitate cæ- cus.

Eph. 2.3

Cur diſ- cipi- pli inter- rogant cur cæcus na- tus ſit.

Mopſueſt. ſcribere videntur, minus tamen clare. Chry-
 ſoſt. autem, Theophyl. & Euthym. non dubitantes, an
 antequam natus eſſet, cæcus ille peccauiffet, ſed dubi-
 tantes, quā culpa, quā cauſa cæcus natus eſſet,
 interrogat, quis peccatiffet, ille an parentes eius vt
 cæcus naſceretur, quemadmodum ſolemus de inſan-
 tibus bello exiſtis interrogare, quā ſua culpa iſti pe-
 ricauerit? non quidem non habuiſſe. Itaque diſcipulos hoc
 interrogantes potius ſignificat, neq; cæcum, neque
 parentes eius peccauiffie, vt cæcus naſceretur, quam
 dubitaſſe. Cæcum peccare non potuiſſe, patetis pec-
 caſſe quidem, ſed non potuiſſe ipſorum peccatū cau-
 ſam eſſe cæcitate in filio, quia ſilius non portabit iniqui-
 tatem patris. Vt quæ ſententia & Chryſoſt. & Chryſoſt.
 probabiliſ, ſed quæ Chryſoſt. Theophyl. & Euthym.
 afferunt, ſilius non portabit iniquitatem patris, nō videtur
 idoneū eſſe arguementum eius opiniois. Nam vt di-
 ctum eſt, ſilius non portabit iniquitatem patris: a dictū
 eſt. Ego ſum Deus & quæſtis iniquitatis patris in filiis
 vſque ad tertiam, & quartam generationem. Exod. 20.5.
 Quare dubitandum non eſt, quin propter parentum
 peccata filii non ſolum morboſi ſepe naſcantur, ſed et-
 iam moriantur, quod in Dauide factum legitimus non
 modo natura, quod parentum morbo peccando con-
 tracti tranſierunt in filios, vt apertus in hunc locū
 diſputat, verum multo maxime atque frequentiſſime
 diuina id efficiēte proximā, vt parentes in filiis,
 id eſt in re omnium cauſaſta paniantur.

3. Reſpondit Ieſus, neque hic peccauit, neque parentes eius,
 ſed vt manifeſtetur opera Dei in illo.] Non ſignificat
 Chriſtus, vt Chryſoſtomus, Theophylaſt. & Euthy-
 mius obſeruaunt, parentes eæci non peccauiffie, ſed
 nulla eorum peccatum cauſam fuiſſe, vt cæcus ille
 naſceretur. Eſt enim Chriſti reſponſio accommoda-
 ta ad propoſitam quæſtionem intelligenda. Idem
 Leontius, & Theodoruſ Mopſueſt. de cæco ipſo di-
 cunt etiam & illud, ſi non auct, certe poſtquam
 natus eſſet, peccauiffie, ſed non propterea cæcum na-
 tum eſſe. Certe nihil hoc loco, quod in ſua etorem
 torqueat queant, Pelagiani habent. Nam ſicut ex ver-
 bis Chriſti colligi non poſſet parentes eæci nūlli, an-
 tequam illum generarent, peccatum habuiffie, ita non
 poſſet colligi cæcum ipſum non habuiſſe, cum natus
 eſt, originale peccatum. Sed hoc tantum colligitur,
 neque peccatum illius originale, nec actuale paren-
 tum cauſam fuiſſe, vt cæcus naſceretur. Quid ergo
 nonne peccatum originale, vt ſepe Auguſtinus, & alii
 Theologi docent, & in Africano, & Milenitano Cō-
 ciliis diſtinctum eſt, & mortis, & morborum cauſa eſt?
 Eſt enim veros de cauſa non propria, ſed generalis, &
 vt Philoſophi vocant, cauſa ſine qua non. Si enim A-
 dam non peccatiffet, neque tunc, neq; morbis omni-
 no vllos homines experierunt, cæcum & mortis, &
 morborum alie proprie ſunt cauſe, inter quas pec-
 cata aut propria cumſq; aut ſuorum parentum numeran-
 tur. Non togabatur diſcipuli an propter peccatum ori-
 ginalis cæcus ille natus eſſet, nec enim ignoraſſet pec-
 catum originale omnium morborum eſſe cauſam, ſed
 rogabant, que proprie fuiſſet cauſa, quam ob id homo
 ille natus eſſet cæcus. Si enim peccatum originale fuiſ-
 ſet, omnes alii cæci nati fuiſſent, qui originale peccatū
 habuiſſent. Obſeruat Theodoruſ Hæreſeologus qua-
 tuor ob cauſas ſolere homines morbi, aliſiſque huius-
 modi corporis incommodis vexari, aut proprie ſua,
 aut propter parentum ſuorum peccata, aut deſe. Ad
 dō quatuor propter probationem, id eſt vt eorum
 virtus à Deo probeior, quemadmodum Job vexatum
 legitimus, aut vt in illis gloria Dei magis eluceat, quo-
 modo hunc cæcum natum fuiſſe indicat Chriſtus.

Ex aliis, 18. 10.

Propri- um peccatum peccata h. lit. mortu. 2. Reg. 14. 18.

Pelagiani reſponſum.

Peccatum originale ſolum cau- ſa genera- lis, & ſine qua non morbis, & morborū.

Quatuor ob cauſas ſolent ho- mines morbis af- fici. Job. 1. 3.

Quod

Quod ſequitur, ſed vt manifeſtetur opera Dei in illo, A
 hunc ſenſum præ ſe fert hominem illum non alia de
 cauſa cæcum natum eſſe, quam vt Chriſto miraculo
 careretur, ea que re opera Dei in eo manifeſtarentur,
 id eſt diuina in eo curando virtus elucere. Atque ita
 D. Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theodoruſ Mopſueſt.
 Leontius, Beda, & Euthymius interpretantur. Monēt
 tamen Chryſoſt. Leontius, Euthymius, & Theophy-
 laſtus eſſe auctores alios, qui diſtione ita vt non cau-
 ſam, ſed euentum, atque conſequentiam ſignificare
 dicant, vt infra ver. 39. In iudicium ego in hunc mandum
 veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Nō
 enim propterea venerat, vt qui videbant cæci fierent,
 ſed id ex eius aduentu ipſorum culpa conſecutum eſt.
 Sic cæcum illum non propterea natum fuiſſe cæcum,
 vt in eo opera Dei manifeſtarentur, ſed ita conſecutū,
 itaque ſuſſe rem, vt cum cæcus natus eſſet, occaſio-
 nem præberet diuini in ſe virtutis declaradæ. Sic Cy-
 rillus in Catena Græca citatus, & Theophylaſtus ex-
 ponunt eſſeque, vt mihi quidem videtur, vera inter-
 pretatio. Illud modo obitare videret poſſe, quod vi-
 deatur eodem modo, quo in quæſtione, & in mēbro
 præcedente accipi debere. In quæſtione autem cum
 diſcipuli interrogarunt, vt qui peccauit, hic, aut parentes
 eius, vt cæcus naſceretur, cauſam, non euentum ſigni-
 ficabat. Sæpe dixi abſurdum non eſſe, quin magne ſæpe
 eſſe elegantie, vt idem verbum eodem loco varia poſi-
 tionis ſignificatione. Alia alibi eius rei exempla poſui-
 mus, hic vnum proponemus de ea ipſa diſtione vt, de
 qua agitur. Dicit Chriſtus ver. 39. In iudicium ego in hūc
 mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci
 fiant. Bis ponitur, aut intelligitur, vt, in priorē loco ſi-
 gnificat cauſam, in poſteriorē euentum. Sic hoc loco.
 Eodem ſere redit, quod alii dicunt ſupplendum eſſe
 aliquod verbum, non idem, quod præceſſerat, repe-
 tendum. Nec enim ſenſum eſſe, neq; hic peccauit, ne-
 que parentes eius, vt cæcus naſceretur, vt cæcus natus
 eſt, vt manifeſtetur opera Dei in illo, verum oportere in
 eo iam cæco nato opera Dei manifeſtari. Et vero multis
 locis ita ſumitur illud. It. vt infra c. 13. & 14.
 31. & 15. 25. & Mat. 14. 49. & non male in hunc locum
 conuenit ſed illam potius Cyriilli interpretationē am-
 plector, quia meliores habet auctores. Acute Chryſo-
 ſt. adnotauit Chriſtum ſeipſum hoc loco Deum appel-
 laſſe, opera enim Dei vocauit, quæ ipſe facturus erat.
 Proprium opus eſt Dei hominem fingere, cuiſdē eſſe
 eum reſingere, quod Chriſtus hic fecit. Cæcum ex
 verſu ſequenti apparet opera Dei, opera Patris appella-
 re, eſſe eadem opera & ipſius, & Patris erant.

4. Ne oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies
 eſt, venit nox, quando nemo poteſt operari.] Quæ vocet o-
 pera eius, qui miſit me, omnes conſentunt auctores. Ne-
 pe loquitur tāquā Patris legatus, qui deo miſſus fue-
 rit, vt eius exhauriret mandata, inter quæ hoc erat, vt
 de hominib; qui eſſet, miraculis, doctrinaque decla-
 raret. Atq; propterea hoc addidit, vt quomobrem futu-
 rum miraculum facturus eſſet, rationem redderet,
 tēpus nimirum eſſe, vt faceret ea, quorum cauſa miſ-
 ſus fuiſſet, vt ſe eiſmodi miraculis mūdo declararet:
 ſe non fuiſſe, non gloria colligendæ cupiditate: ſed
 neceſſitate parenti præcepti facere. Ideo, vt opinor,
 potius dixit, Opera eius, qui miſit me, quam opera Patris,
 vt obligationem faciendi miracula ipſo miſſionis no-
 mine declararet. Eadē de cauſa cum poſſet ſua voca-
 re opera, Patris potius, qui ſe miſerat appellauit. Quā-
 quam aliam D. Auguſtinus rationē reddit, quod vo-
 luerit Patrem potius, quā ſe ipſam honorare. Theodoruſ
 Mopſueſt. putat labbarum fuiſſe, cū Chriſtus
 hoc miraculum fecit, vt ver. 14. ſcribit Euangelista &
 cum ſciet fore, vt id factum Iudei calumniarentur,

vt nō cau- ſam ſed e- uentum ſi- gnifi- cant.

excuſare prius, quam faceret, voluiſſe, ſe neceſſario fa-
 cere, oportere enim ſe operari opera eius, qui ſe mi-
 ſiſſet. Cyriillus vero non eſſe diſputandi tempus, ſed
 agendi. Quod dicit, Oportet, non abſolutam, vt Theo-
 logi vocant, neceſſitatem, ſed neceſſitatem eæ hypo-
 theſi declarat. poſita Patris voluntate, oportere te id
 facere, quod ab eo decretum eſſet. De eo, quod ſequi-
 tur, donec dies eſt, diſceptant inter pretes, quid Chriſtus
 diem vocet. O. genes homil. 3. in Plal. 36. Chryſoſto-
 mus, Leontius, Theophylaſtus, Euthymius, & Ru-
 pertus exiſtimant totum huius vitæ tempus vſque ad
 conſummationem ſæculi vocari diē. Id confirmant ex
 membro ſequenti, venit nox, quando nemo poteſt operari,
 diei enim opponitur nox, noctem autem, in qua nemo
 poteſt operari, alteram eſſe vitam, nam dum hæc vita
 durat, ſemper poſſe homines operari, ſicut c. 12. 35. di-
 xit, ambulat, dum lucem habetis, vt non vos tenebra cam-
 prehendant. Senſum ergo eſſe, vt ſignificet Chriſtus, dñ
 hæc vita non ſua, ſed omnium hominum durat, ante-
 quam conſummatio ſæculi huius veniat, vſq; ſibi la-
 borandum eſſe, vſq; facienda miracula, vſq; Eccleſiā
 colligendam, dum poſſunt in ſe homines credere, v-
 turam noctem, qua nemo poterit operari, id eſt alie
 vitam, qua nemo poterit credere, nemo agere peni-
 tentiam. Confirmant & ex verſu ſequenti o. Quando
 ſum in mundo, lux ſum mundi. Quam interpretationem
 multo ſuſcipit, ac magnorum auctorum ideo non ſe-
 quor, quia Chriſtus de ſeipſo, non de alijs loquitur.
 Ratione enim reddit non cur alii, ſed cur ipſe debeat,
 donec dies eſt, operari. Itaque credendum eſt diē non
 aliorum, ſed ſuam dicere, id eſt tempus vitæ ſuæ, quo
 in hoc mūdo cum hominibus futurus erat, quem-
 admodum Theodoruſ Hæreſeologus & Theodorus
 Mopſueſt. & Cyrillus in Catena Græca citati, & Au-
 guſtinus, & Beda in commentarijs interpretantur.
 Hoc enim ſenſu ſolet Chriſtus cuiuſque vitam diem
 eius appellare, vt ſupra c. 8. 56. Abraham exiſtiuit, vt
 dederat diem meum, & c. 12. 35. ambulat, dum lucem id eſt diē
 diem, habetis. Illud quoſdam mouet, quod Chriſtus
 non minus in alieia, quam in hac vita laborare poteſt,
 itaque credendum non eſſe, diem, id eſt tempus, quo
 laborandum ſibi eſſet, præſentem vitam ſuam appel-
 laſſe. Sed hoc leue eſt, non enim propterea præſentis
 vitæ ſuæ tempus vocauit diem, quod nihil poſt hanc
 vitam acturus eſſet, ſed quod nihil acturus, quod ad
 hominum redemptionem pertineret, non paſſurus,
 non morituros, non docturus eorum homines, non
 præſens, & aſpectabilis miracula facturus. Id vt face-
 ret, huius vitæ tempus ſibi eſſe à Patre deſignatum,
 enim diem ſuum eſſe, & diem quidem iam in occa-
 ſum inclinatam, id eſt proximum morti, inſtitendum
 igitur eſſe operi, noctem enim inſtare. Quo ergo
 modo cum hoc ſenſu conuenit, quod ſtatim adu-
 gitur, Venit nox, quando nemo poteſt operari, quali non
 de ſe, ſed de alijs loquatur omnibus: Primum qui-
 dem non dicit nemo poterit, ſed nemo poteſt, quod
 videtur vim, ac diuinitatem habet ſenſum. Non enim
 ſignificat in ea nocte ſua, quam venire, id eſt iam in-
 ſtare dixerat, neminem operari poſſe, ſed generaliter
 neminem in nocte operari poſſe. Itaque quando ſue
 illud in qua non indiuiduum, ſed genus reſert, quem-
 admodum ſi diceret, Venit nox, in nocte autem nemo
 poteſt operari, quare nec ego in nocte mea, quæ iam
 venit, operari poterō, non quidvis, ſed quæ ad effi-
 cium redemptoris proprie ante peractam redemptionem
 pertinet. Alii tamen operari poterūt, quia cui
 que dum vita eſt, dies eſt. Si dixiſſet, In qua nemo po-
 terit operari, ſignificat in illa ipſa nocte ſua, id eſt
 poſt mortem ipſius neminem operari poſſe, quod
 fuiſſet falſum. Nam & nos modo in illum, quem nū-

Quid dies, & noctis nomine ſi- gnificetur hoc loco.

Dies dici- tur cuiuſque vitæ.

quam vidimus, credimus, & nos, dum vinimus, illo adinuante operamur. Eodem consilio non dixit, Veniet nox, sed venit, vt non eorum qui audiebant, sed suam noctem declararet. Ipsius enim instabat nox, illorum non instabat. Hoc est venit nox, appropinquat, instat, in proximo est.

5. *Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.* Hæc verba multos etiam fesselerunt, quemadmodum paulo supra dicebamus, vt existimarent Christum noctem non suam, sed aliorum appellare, se enim non diem, non noctem, sed lucem, sed solem noctem reddat, ipse vero sibi præfens perpetuus dies sit. Atque ita auctores nō tantum illi, quos diximus, diem non Christi, sed aliorum, itemque noctem intellexisse, verum etiam D. August. Beda, & Theodorus Hæcletensis, vt existimant rationem Christum reddere, cur suam in hac vita presentiam diem vocauerit, quia nimirum lumen est, & luminis est diem efficere. Nos cur tempus presentis vitæ lux diem, tempus vero post mortem non aliorum, sed suam noctem appellauerit, supra docuimus. Nunc putamus aliam rationem reddidi, non quidem cur presentiam suam diem vocauisset, sed cur porteret ipsum operari, quandiu dies esset, quia cum tanquam lumen in mundum missus esset, vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum, non oportebat otiosum esse, non oportebat sub modio poni, aut sub lecto, sed supra candelabrum, vt luceret omnibus, qui in domo essent. Hoc ergo est. *Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.* ad hoc veni, vt quandiu in mundo, vestiret, mundum illuminarem, hoc mihi agendum est, *Spartam nativam sum, hanc colam & ornabo.* Propterea dixit, *Quandiu sum in mundo,* non quod postea lux ipse in se non sit, non quod non sit etiam postea homines illuminaturus, quemadmodum copiose disputat Augustinus. Nam post Paulum illuminavit, & illud, *erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,* ad omne etiam futurum perinet tempus, sed quod postea non ita illuminaturus, quemadmodum ante mortem illuminabat, per se loquendo, docendo, miracula non solum sua, vt postea, virtute, sed etiam sua presentia, suo corpore, suo verbo, sua manu faciendum. Cum dicit, *lux sum mundi,* videtur ad futuram cæli illuminationem alludere.

Sup. 6. 1. 9.

Mat. 5. 15.

Mat. 4. 21.

Cit. ad Act. 13. 46.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Sup. 6. 1. 9.

18.

Cur luto cæcum sanauerit.

Nihil est, quod aquas magis amaras, atque impotabiles reddat, quam sal, quæ enim marinas bibat aquas, atque potabiles reddidit. 4. Reg. 2. 20. 22. Quid tam contrarium extrahendo de aqua fetore, quam lignum, quod ipsum re alia extrahatur necesse est? Eliazus tam in iecto in flumini ligno fecit, vt ferrum securis, quod in flumen ceciderat eraret. 4. Reg. 6. 5. 6. Aliam omnes fere auctores Græci rationem afferunt, Theodorus Moplust. Theodorus Hæcletotes, Cyrillus, Leoncius, & Theophylactus. voluisse Christum ostendere se eum esse, per quem & homo, & omnia initio facta essent: eiusdem enim artificis est ex eadem materia & opus facere, & reficere. Quemadmodum idem ille figulus, in cuius manibus opus fuerat dissipatum, in vas alterum refinxit, Iero. 18. 4. Fecerat Deus hominem de pulvere, ac de limo terre, Gen. 2. 7. reformauit Christum ex luto, id est ex eodem pulvere, ex eadem materia. Ergo non ex aqua, sed ex spato suo lutum fecit: quæ altera huius loci erat questio. Posset aliquis simpliciter respondere non habuisse ad manum aquam: Sed haud obscure apparet aliquid, quemadmodum in luto, ita & in spato fuisse mytheri, quæ ita omnes boni auctores sentiunt, quamuis causas afferant alii alias, Chrysof. Theophylactus, Leoncius, & Euthym. simplicissime quoque respondent, propterea spato illum lutum fuisse, ne aqua Silei, quo cæcum missus erat, sed sibi eius pars aliqua, aut aliquid certe, quod de corpore suo exisset, cæci oculos tetigeret, miraculum adhiberetur. Eodē pettine, quod Cyrillus in Græca Catena dicit, voluisse Christum ostendere carnem etiam suam medicam, ac salutarem esse, cuius vel sola salua cæcum sanauisset. At tamen hoc melius declarasset. Ita que minus aliquid credo subesse mytheriam. Magis mihi placet, quod ex Theophylacto colligo, licet ipse aliter intellexisse videatur, per puluerem humanum corpus, quod de pulvere formatum fuerat, per salutem, quæ ore exiit, animam significari, quæ Deus initio in formatum iam corpus Adami quasi ore suo inspirauit, voluisse igitur Christum ostendere esse se, qui & corpus, & animam homini formasset, atque dedisset. Alii incarnationem Christi mysterium designari putant. Nam per puluerem humanam naturam, per salutem dimittentem significari, quæ ex cælo, quasi ex capite processisset. Sic Augustinus in libro 30. hom. hom. 43. & Beda, & Rupertus in commentariis. Ambrosius vero epistola 75. significasse Christum in luto se plenum esse luminis, quando eius salua, quæ ab interioribus, procedit partibus, cæcos illuminaret. Gregorius lib. 8. in Iob. cap. 21. puluerem, carnem nostram, carnalemque cogitationem, salutem, diuinam gratiam significare, quæ nos illuminat, ac sanat. Habet, quod eligat leuor, ego omnia existimo probabilia, sed iam dixi, quid mihi maxime placeret. Non est abs re, etsi morale est, quod Cyrillus in Græca Catena obseruauit, Christum alios quidem cæcos non nisi rogantes, non nisi ad se clamantes curauisse Matth. 9. 27. & 20. 30. huius autem non clamantis non petentis sponte sua visum restituisse. Nimirum illos iudeorum, hunc Gentilium populum significasse, iudeos, quæ notitiam habebant eius, noluisse curare aut corpore, aut animo, nisi petentes, a que rogantes, Gentiles vero, qui omnino cæci erant, qui petere ab eo, quem non cognoscebant, sanitate non poterant, vltro sanasse, vltro illis Euangelium salutemque obtulisse. Salua vero sua curauisse, vt doceret non posse gentes illuminari, nisi carnis suæ patricibus fierent.

7. *Edixit ei, vade, & lana in notaria Silot.* Κολλησθης εις τωτατοτιαν, quod Græcum verbum proprie

6. *Hæc cum dixisset, expulit in terram, & fecit lutum ex spato, & linitit lutum super oculos eius.* Cum ait Euangelista, *Hæc cum dixisset,* indicat Christum certo consilio ea prius dixisse, quam miraculum facere aggredere, viam que illis verbis ad faciendum miraculum munivisse, vt Chrysofomus notat. Hæc ergo cum dixisset, id est cum rationem reddidisset, quam obrem incumbendum sibi in opus esset, quod tanquam lumen in hunc mundum missus esset, aggressus est illuminare, aggressus operari in die: aut, vt Theophylactus ait, voluit Euangelista significare Christum non solum verbis, sed factis verba sequentibus, quis esset declarasse. *Es expulit in terram, fecit lutum ex spato.* Vulgare hic quæstiones duæ, altera, cur luto cæcum sanauerit, cum posset totalis sanare modis? altera cur lutum ex spato suo fecerit? Sunt qui existimant iudeo luto vitam à Christo restitutum cæco, vt apparet vis, ac magnitudo miraculi. Erenim si alia re minus visui contraria curauisset, videri potuisset non diuina, sed naturalia aliqua, atque secreta medicamentis virtute curauisset. Cum autem luto curauerit, quo nihil magis contrarium oculis est, credi non poterat naturalis luti virtute, sed diuina Christi potentia curationem fuisse factam. Solet Deus hæc de causa ad facienda miracula rebus vti maxime contrariis.

11. *Ille homo, qui dicitur Iesus.* Exponit interrogatus cæci rei gestæ ordinem, id que simpliciter, & sine vlla significatione gratiæ, quo maiorem fidem faciat. Quæ causa, vt arbitror, fuit, quo maiorem Christum minus honorifice, quam fortasse cupiebat, appellauerit. Ille, inquit, homo, qui dicitur Iesus, quali de alieno, & sibi de solo nomine noto loquens. Etsi Theophylactus & Euthym. propterea hominem vocasse putant, quia nondum sciebant esse Deum, quod est quidem vero

Baptismus & Græci illuminatio dicitur.

lib. 4. Carm.

Obedientia captiuo.

proprie significat, alibi piscinâ vertit noster interpres, vt c. 5. 2. Vocabat autem hæc piscina Silot, quod, vt interpretatur Euangelista, idem est Hebraice, quod, *Missus*. Erat autem ad radicem montis Sion, sique eius mentio Ithi. 8. 6. Solet quæri, cur Christus hunc cæcū, quem haud dubie statim curare poterat, ad piscinam lauandi causâ miserit? Chryf. Leoncius, & Theophylactus non aliam eius rei afferunt causam, quam vt in longa via, quæ per mediam vibem conficienda erat, quam plurimos & cæcatis, & curacionis suæ testes colligeret. Euthymius, vt apparet non puluere, sed Christi virtute curatum fuisse, cum iuberet statim puluerem lauando abstergere. Alij maiore mysterio id factum putant, significationem enim fuisse, etiam postquam nos Christus tetigit, postquam in illum credimus, opus tamē nobis esse baptismum, vt illuminemur, vt peccata nobis remittantur. Nam & baptisimus à D. Paulo ad Hebræos. 6. 4. & à Græcis Ecclesiæ doctoribus *βαπτισμός*, id est illuminatio, vocari solet. Hanc rationem Ambros. epist. 75. August. in lib. 30. hom. hom. 43. Beda, & Rupertus reddiderunt. Idipsum Sedulius verbus non in elegantibus expressit.

Cognoscite eum dicit. *Mystica quid docent animos miracula nostros. Cæca sumus proles miseria deserta; vixi Hæc, Portantur longo nate ac errore tenebras, Sed degnant Deo mortalem sumere formam Tegmina humani, facta est de virgine nobis Terra salutaris, que fontibus obita sacris Claræ ascensu referat spiracula lucis.*

Aliam quoque rationem refert Euthymius, voluisse Christum experiri cæci eius fidem, vtrum irret, vtrum in via hæsitaret. Ex vero merito Chryf. Theophylactus, & Euthymius eius fidem, obedientiamque magno prope collaudant, nō dubitasse apud se, quos form latum in oculis? quos form salua Christi? quos form in piscinam lauandi causâ mitteretur? in qua multi profecto cæci sepe laissent, qui curari non essent, sed simpliciter Christi verbis obtemperans abijt, consecutusque præmium est obedientiæ, *Sanis enim, & venit videns.* Placent mihi duæ vltimæ rationes, suam tamē critique iudicium esse velim in re probabili, & in neutram partem periculosa.

Abijt ergo, & laus, & venit videns. Addidit hoc Euangelista, vt doceret verba, actionem que Christus euentum consecutum fuisse, quod erat in primis scitu necessarium. Documentum obedientiæ, nunquam obeditur sine opere pretio. Simile, sed minus perfecte obedientiæ exemplum est Naaman Syri 4. Reg. 5. 10. 11. 14.

8. 9. 10. *Itaque vicini, & qui viderant eum prius.* Describit his verbis Euangelista varium hominum de eo miraculo iudicium, alios negasse, alios concessisse, afficasseque eum esse, qui paulo ante in oculis totius ciuitatis cæcus mendicasset. In primis vero cæcum ipsum publice professum se esse, qui prius cæcus cum fuisset, iam videret. Quod eo, vt opinor, consilio Euangelista narrauit, vt doceret non temere miraculum creditum fuisse, examinatum, exagitatam que etiam ab aduersariis Christi prius, negari tandem non potuisset.

11. *Ille homo, qui dicitur Iesus.* Exponit interrogatus cæci rei gestæ ordinem, id que simpliciter, & sine vlla significatione gratiæ, quo maiorem fidem faciat. Quæ causa, vt arbitror, fuit, quo maiorem Christum minus honorifice, quam fortasse cupiebat, appellauerit. Ille, inquit, homo, qui dicitur Iesus, quali de alieno, & sibi de solo nomine noto loquens. Etsi Theophylactus & Euthym. propterea hominem vocasse putant, quia nondum sciebant esse Deum, quod est quidem vero

A simile, sed poterat hominem honorificèius appellare, quod cur non fecerit, cautam exposuimus. Querunt Theoph. & Euthy. quomodo sciret fuisse Ietum, cum non vidisset eum. Respondent, aut ex aliis rogando, aut ipsius verbis, aut ex vulgari fama didicisse.

12. *Vbi est illud?* Quam obrem interrogat, vbi sit, ex verfu sequenti colligitur. Volebat comprehendere, & ad Phariseos adducere. Quo animo? incertum Chrysofom. & Leoncius malo animo Christum ad Phariseos adducere voluisse indicant, vt eum quem reum violari sabbati accusarent. Quod ideo probabile est, quia apparet istos, qui interrogantur cæcum, vbi Christus esset, cæco dicenti se cæcum fuisse, non credidisse. Propterea enim, cum Christum, quem quærebant, non inuenirent, cæcum ipsam loco illius ad Phariseos adducunt, vt ab eo diligentius, ac subtilius examinato exprimerat confessio veritatis. Depingitur in iis, qui non credebant, hæreticorum persona. Iraque cum ista ego lego, Calvinistas profus videre, audireque mihi videor.

14. 15. *Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius.* Hoc ideo obiter Euangelista notauit, vt calumniæ occasionem declinaret, vt Theophyl. monet. Cum dicit, *Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus,* videtur indicare nō fuisse sabbatum, sed aliquem alium post sabbatum diem, cum hæc, quæ nunc narrat, acciderunt, cum vicini, & alij cum cæco disceptarunt, cum eum ad Phariseos adduxerunt. Non dicit fuisse sabbatum, cum Christus cæcum ad piscinam misit, sed cum lutum fecit, cum oculis eius aperuit. Non ad piscinam in sabbato ire, lararique licebat, sed lutum facere, & oculos aperire videbat ut illis nequam licere, quod opus esset in sabbato prohibitum.

16. *Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit, alij autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* Docet Euangelista tantū apud Phariseos cæci iam videns presentiam, testimoniumque valuisse, quomantis non omnino crediderint, tamen in diuersas sententias dilatasti sint. Qui maxime increduli, & stulti erant, maximeque volebant videti religiosi, negabant posse ex Deo, id est à Deo missum, aut diuino spiritu ductū esse eū, qui sabbati non obseruaret, quasi factū ex puluere, & salua luto, & curato cæco violatum sabbatum fuisset. Qui prudentiores erant, arguerantur non posse hominem peccatorem, id est qui à Deo non esset, ea edere miracula, quæ Christus edidisset. Non quod nō possint aliquando peccatores miracula facere, sed quod raro admodum faciant, vt apud Matth. 23. 22. copiose disputauimus. Ita que efficax argumentum istorum erat, futurum omnino necessarium, si adiecissent neminem posse ea signa facere, quæ Christus faciebat, & eo modo, quo faciebat, propria virtute, suoque imperio nisi à Deo, atque à Deo Deus esset.

17. *Dicunt ergo caso iterum, Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos.* Cæcum vocat Euangelista, qui cæcus fuerat: quamuis cæcus iam nō esset, quemadmodum vocatur aqua, quæ iam vinum erat, sed aqua fuerat. c. 29. & virga Aaron, quæ iam erat serpens, Exod. 7. 11. Dicit iterum interrogatum à Phariseis cæcum, quia primum interrogatus fuerat à vicinis, & alij ciuibus Ierosolymitanis, ver. 10. Deinde secundo à Phariseis, nunc iterum, id est tertio ab illidem interrogatur. Interrogat autem illum, *Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos?* quasi iam pro cæco ponentes cæcum fuisse, & à Christo curatum esse, non quod id crederet, vt verfu sequenti declarat Euangelista, sed fingentes se credere, quo liberis cæcus responderet, & in eandem calumniam cum Christo, accusationemque innoletur.

In iudeis depingitur Calvinista sabbati persona.

Cur sapius hinc interrogat Pharisaeum.

retur. Aut certe vt rem aliter fortasse, quam ante, nartaret, indeque coniecturam sumeret eum esse mentium, itaque nec caecum fuisse, nec vllum in eo Christum fuisse miraculum. Solent hoc consilio iudices eundem sepe reum de eadem re interrogare, vt videant num sibi omnibus in rebus constet, & equid uariet, & num vera, an fallacia ex dictorum constantia, aut uarietate coniciant. Eodemque consilio Pharisaeos sepe hunc caecum interrogasse Leontius adnotauit. Pronomen, Tu, emphatice simul, & adulatorie positum est, quasi dicat, nos de hac re inter nos discipulamur, an ille, qui tibi oculos aperuit Deo sit, necne, & in contrarias diuisi sententias te iudicem constituis, qui tanto ab eo affectus beneficio optime de illo iudicare potes, Tu ergo quid de illo dicis? uo enim stabimus iudicio, in hunc sensum Theodorus Mopsuest. & Cyrillus in Catena Graeca, & Rupertus in commentariis interpretantur. Itaque existimant, eos, qui hoc interrogauerunt, non fuisse eos, qui dixerant, Quomodo potest homo peccator haec signa facere? sed eos, qui dixerant, Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Quos ego potius, quam Chrylost. Theophylactum, & Euthymium sequor contra sentientes, eos solos fuisse, qui meliorem de Christo habebant opinionem, ideoque caecum interrogasse sperantes fore, vt cum tantum à Christo beneficium accepisset, praclarum de illo diceret testimonium, & secundum se contra alios Pharisaeos, cum quibus disputabant, indicaret. Non conuenit hoc cum eis, quae statim dicit Euangelista, etiam post caeci testimonium Iudeos non credidisse, eos nimium designans, quod dixerat caecum interrogasse.

Propheta apud Iudeos dicti omnes uiri sancti.

Tert. 24. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

ille autem dixit, quia Propheta est. Id est uir sanctus, atque diuinus. Eiusmodi enim homines Iudaei solebant Prophetas appellare, etiam si fatua minime praedicerent, ut nos alibi saepe diximus, & hoc loco Cyrillus in Graecorum Catena, & Leontius in commentariis obferuarunt. Testimonium quidem de Christo caecus dicit minus, quam oportebat, sed maius, quam antea dixerat. Prius hominem appellauerat uer. 11. nunc Prophetam uocat, quo nomine quidquid sanctitatis, quidquid honoris in puro homine esse potest, comprehendit. Nondum enim credebat esse Deum. *Ab hoc quidem inuenitur in corde* (inquit August.) *nondum Deum confiteatur, nec mentis tamen. Ipe enim Dominus de se scripto ait, Dicitur enim sine huiusmodi nisi in parua sua.* 18. 19. Non crediderunt ergo Iudaei. Illi ipsi, qui caecum interrogauerant, quique ante dixerant, Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Itaque eius patres accersunt, interrogant, an ille eorum filius sit, & an natus caecus, & qua ratione curatus, experti utique uolentes, eequa in te parentum à filii testimonio discreparent, ut aniam inde arripentur dicendi re esse compositam, & aut non fuisse natum hominem illum caecum, aut non miraculo, ut ait Chrylost. sed magica arte curatum esse.

20. 21. Scimus, quia hic est filius noster, & quia caecum natus est. Cum tria Pharisaei interrogassent, an filius eorum ille esset, an natus caecus, & quomodo uideret, ad tria respondens, dicunt scire se filium suum esse, namque fuisse caecum, tertium quomodo uideat, respondens se nescire. Credibile est audiuisse iam nates à filio suo, quomodo à Christo curatus fuisset, sed quia id non nisi ex eius testimonio sciebant, & aliquid periculi in ea re esse uidebatur, caute, uterque respondens se nescire, ipsam interrogant, etatem habere, ut pro se respondeat.

22. 23. Haec dixerunt parentes eius. Nempse, ipsum interrogate, etatem habet, ut statim ait Euangelista. Reddit causam cur ea cautione parentes in loquendo uis fuerit,

quia Iudeos, id est Pharisaeos, & ceteros Iudeorum principes timebant, quos sciebant aduersus Christum conspirasse. Hi enim simpliciter, & xal iudaei Iudaei appellantur, vt cap. 7. 35. iam enim conspiciuntur Iudaei, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagoga m fieret, & excommunicatus. Iudaei, ut dicitur publicis conuentibus interdicteretur, quia tanquam Messiam illum reciperet, quod nunc dicimus excommunicari. Hoc Euangelista dixit, ut caeci parentes exultaret, quod non aperte dixissent, quod non ignorabant, filium suum à Christo uisum recepisse, ut Cyrillus adnotauit.

24. Vocauerunt ergo rursum hominum, qui fuerat caecus. Cum nihil ab eius parentibus de ratione, qua curatus fuisset, extorquere potuissent, eorum secuti consilium rursus, id est tertio caecum accersunt, finguntque se eius parentibus, aut ex se ipsis, aut aliunde certo scite Christum hominem esse peccatorem, proinde frustra eum ueritate negare conuictum certis argumentis prius mentum esse, remque omnem à Christo subornatum composuisse, melius sibi ipsi consultum, si sponte, quod res est, confiteatur. Solent Iudaei, ut à reis confessionem exprimant ueritatis, fingere se aliunde tem scite, multos eius re se testes habere. Quod dicitur, da gloriam Deo, modus est loquendi Hebraei uisus, quo solebat rei tanquam per Deum ad iuramentum se interrogari, admoniti uis uerbis stare se coram Deo, reuerentiam sibi eius esse maiestatem, ne ergo coram illo mententur, qui omnia probe sciret, quasi indicentes illum ignatum esse humanatum rerum, quae magna in Deo erat iniuria, hunc potius illi honorem deferrent, ut confitenda illius reuerentia ueritate ostenderent se credere nihil illum ignorare. Sic ergo dicebant, da gloriam Deo, sicut Hispani iudaei dicunt, Pone isthic manum, cruce potestata, & Gallus, Tolle manum, quasi per Deum iuratus. Exemplum est Iosue 7. 19.

25. Si peccator est, nescio, uinum sicut, quia caecus cum essem modo uideo. Recte sentiant Chryostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius hoc caecum illum ex animo non dixisse, nec tamen mentum fuisse. Sciebant enim profecto Christum peccatorem non esse, appellare uer. 17. Prophetam, id est uirum sanctum esse confessus fuerat, & paulo post uer. 31. non solum confiteatur, sed certis etiam probat argumentis non esse peccatorem. Sed dicit se nescire an peccator sit, id est nolle se de ea re disputare, nolle id magis dicere, quam si nesciret, nolle uerbis agere, sed rebus, si dixerit eum non esse peccatorem, nihil magis illos esse credituros, hoc se uinum scire se caecum fuisse, & illius nunc opera uideri, inde ipsi, qualis ille uis sit, coniecturam faciant, sic Chryostomus, & Leontius. Euthymius uero putat hanc non nescientis non dubitantis, sed Pharisaeorum nugis irridendis esse uerba, quasi non tam dicat se nescire, quam se mirari, quod id illi nesciant, quod id interrogent. Potest & h. c. esse sensus, nescio, id est non debet ego de ea re iudicare, non est meum officium, nec uos de ea re quaerere debetis, nec ego respondere magis uolo, quam si nesciret. Videtur hoc loco confirmari, quod Theologi tradunt non debere reum ad ea, quae index inepte, & praeter ordinem iuris rogat, respondere. Rupertus in interpretatione eodem esse arbitror. *si peccator, inquit, est, nescio, id est peccatorem non esse scio, quasi non uerget scire se utrum peccator sit, sed aliter scire non esse peccatorem.*

26. 27. Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? Iam audierant ab illo, quid sibi fecisset, uer. 15. sed interrogant iterum, quid sibi Iesus fecerit, quasi aliqui dixerat.

Admiratio rerum apud Iudeos.

Rum in quibus non respondens iudicium interroganti possit. Lib. 9. in Ioh.

terea grauius prolecuti, quo sabbatum omnino uiolatum uideatur. Nam d. giro ex puluere, & sputo lutum fecisse, luiti, quae oculos nimis leue ad accusationem uidebatur. Ille nempe, & pertinacem questionem indignatur, acerbis, quam ante responderet, pungens simul illos, & irridens. Nuncquid & vos uultis discipuli eius fieri? nihil Pharisaei sententiae opinione inflatus, cum melius dici poterat, quodque homines superbia magis uiret, quam eos uelle, aut posse, non d. ca. Chisti, quem tanto illi odio persequebantur, sed etiam cuiuscumque hominis discipulus esse. Duo his uerbis ostendit, praeterquam quod Pharisaeorum arrogantiam irridet: indicat primum, quid, si saperent, facere deberent, nimirum Christi discipuli fieri: deinde se eius se discipulum. Hanc enim uim habet particula illa, & uos: quasi dicat, sicut ego discipulus eius sum: ut Leontius acute uidit, & Theodorus in Graeca Catena.

28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt, Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus. Indicauerat uer. modo d. ebanus, cecus uult se discipulum esse Christi, quod cum int. Ilexisset Pharisaei, respondent, Tu discipulus illius sis, quasi d. car. esto tu, vt discipulus illius sis, & ut ualgo loqui solemus prohi tibi, quod discipulus illius sis: nos Moylem meliorem habentes praecceptorem eius discipuli esse uolumus. Non ergo dicunt, Tu discipulus illius sis, quasi iubeant, aut concedant, qui nondum Christi discipulus esset, discipulum eis fieri, sed quasi perironiam generaliter ei, quod eius discipulus in se uero gloria uacant, quod eius discipulus non sint. Nota Leontius pronomen illud uos, illius, ab omniante esse.

29. Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus, unde sit. Docent quanto meliorem praecceptorem habent. Scire se Moysi, quem ipse praecceptorem sequuntur, locutum esse Deum; itaque non magis & mate posse eum sequere, quam si Deum ipsum sequerentur. Christum nescire uade sit, id est an missus sit Deo, an Deum illi locutus fuerit. Non enim significant nescire, quod loco sit natus, cum pro certo habent eum in Galilea natum esse. Hoc eodem sensu caecus illis se potest, ut iam dicitur sumus. Cum dicant, hunc, contemptum de illo loquantur uolentes appellare. Ad hanc modum Euthymius exponit. Quod magis mihi placet, quam quod in Graecia Catena Cyrillus, & in commentariis Leontius scribunt, opponi Moysi legislatori Christum tanquam uolentem legem, autem dicant, scimus Deum Moysi legem dedisse, ite autem, qui legem uoluit, nescimus unde sit. Aliam afferit Leontius interpretationem, ut cum dicatur, nescimus unde sit, significant ex adulterio ignoto patre natum esse, quod in simili loco cap. 8. 19. ex eodem Leontio & Cyrillo supra notauimus. Sed quod pro no loco posuimus, est probabilis. Ita non repugnant tibi, cum hoc loco dicant, nescimus unde sit, & cum cap. 7. 27. Hunc scimus unde sit, Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit, quae altera Leontij quaestio est: ille enim de loco, hic de spiritu, & auctoritate, quae missus esset, loquebantur: praeterquam quod illi turb. hi Pharisaei erant. Nota Chryostomus & Theophylactus quod non uiderant, sed audierant, aut legerant, dixisse se scire Deum cum Moyle locutum fuisset, quod autem oculis suis perpegerant tot à Christo coram ipsis miraculis f. cis, cum filium esse Dei aut ab eo te missum, quodque & Patris, & Ioannis, ut ait Euthymius, audierant testimonio, id se dicere, nescire. Tantum ualeat ad credendum, uel non credendum esse. 30. Respondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile est, quia uos nescitis, unde sit, & aperuit oculos suos.

Mirabile quiddam, & incredibile in hac re occidit, quod uos nescitis, unde sit, cum oculos meos aperuerit. Particula 30 pro 31. hicbraico, id est certe, aut enim uero posita est. Pronomen, hoc, haec habet emphasim, ut uerbum caecus ex Pharisaeorum ore accipere uideatur, & ex eo ipso, quod illi dixerant, eos coarguere. Cum dicit, mirabile est, aut significat eos mentitos esse, cum dixerunt caecus se uide Christum esse, probatque fieri non posse, ut id nesciant, cum Pharisaei sint, id est homines praesertim scripturarum scientia, ex quibus cognitum habebant non solum quemquam nisi à Deo missum miracula facere, aut certe eorum exprobrat: ignoratiam quod Pharisaei cum sint, ignorent neminem posse facere miracula, nisi à Deo missus sit. Utrumlibet uoluerit significare, emphaticum est pronomen illud, uos, aut uos homines docti: hoc non potestis ignorare; aut mirum est, & uestro indignum nomine, quod uos Pharisaei, ut supra exposuimus, idem est, quod à quo missus sit, an sit Deo: aut unde, id est qualis sit, iustus, an peccator: hic enim ardo quaestiois erat, uer. 24. scimus, quia hic homo peccator est. Hoc est lequentibus uerbis apparet. Scimus autem, quia peccatoris Deum non audit. Si uoluerit etiam habere uita, quod addit: Et aperuit oculos suos: quia dicit, cum tam manifestum, tam illustre miraculum se, cit. non in loco, aut remoto, aut occulto, sed in me, in meis oculis, quos uos ante caecos uidistis, nunc sanos uidetis.

31. Scimus autem, quia peccatoris Deum non audit. Probat scire eos, aut certe debere scire, unde, id est qualis sit uultum esse, non peccatorem, cum exaudiat Deo sit, & Deus peccatores non audiat. Sic enim ratio formanda, Deus non audit peccatores, sed iustus: hic audiat, ergo iustus, non peccator est. Argumentatur autem ex communibus principiis, & recepta apud omnes homines opinione, ut Cyrillus, & Leontius obseruant, ideo nō dixisse scio, sed scimus, id est uolgo scitum est, atque reuertum, ut nemo profusus dubitet. Chryost. & Theophylact. ad solum caecum, & Pharisaeos referunt, quorum alij dixerant uer. 16. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit: alij, quomodo potest homo peccator haec signa facere? Ad quam se, undam opinionem illud adhaerens caecus dicit, Scimus ego, & uos, peccatores à Deo non audiri. Sententia est generalis, & saepe in sacris literis repetita. Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis, cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim uestra sanguine plene sunt, Iai. 1. 15. Et, aggrauata est auris eius, ut non exaudiat, sed iniquitates uestra diuiserunt inter uos, & Deū uestrum, Iai. c. 59. 1. 2. Et, qui desinit aures suas non audiat legem oratio eius fiet execrabilis, Prouet. 28. 9. Et, peccatori dixit Deus, quare uocatus iustus meos, & ossum meum testamentum meum per ortum? Psa. 49. 16. Et, maledictio benedictionibus uestris, Malch. 2. 2. De iustis autem dicitur, Oculi Domini super iustos, & aures eius in precibus eorum, Psa. 35. 16. & c. oculi Domini ad iumentum eum, Eccl. 1. 15. 20. Disputant tamen multi, quomodo ea sententia in uinculum uera sit. Deum peccatores non exaudire. In quibus Augustinus hoc loco, & in lib. 30. homin. lib. 43. & lib. 2. contra epistol. Parmen. cap. 8. & lib. 5. de baptismo contra Donatist. cap. 20. & lib. 1. tractat. cap. 3. Beda. Si enim Deus peccatores non audiret, frater. I. de pasianus, inquit Augustinus, oculos in terram domus eius, & patris suum percutiens diceret, Deus propitius esto mihi peccatori. Putant igitur August. & Beda, alijque multi interpretes Augustinum secuti caecum illum tanquam catechumenum, aut neophytum locutum esse, qui necdam satis institutus à Christo generaliter pronuntiauerit, quod generaliter uerum

Deus peccatores non exaudiat.

Tract. 4. 41. Luc. 18. 13.

Donatista hoc loco abusi.

non sit. Abutebantur hoc loco Donatista, vt probarent iustitia esse sacramenta per peccatores administrata, vt ex istis locis Augustini contra Donatistas, quos modo notauimus, perspicuum est. Quare Augustinum, vt opinor, impulit, vt diceret non esse eam Christi, aut scripturam sacre, sed in docti hominis sententia, que non semper vera sit: abusus est & D. Cyprianus mirre sanctitatis, & eruditionis auctor epistola 64. & 80. vt probaret baptismum ab hæreticis datum esse repetendum. Quod cum falsum esse constet, conati multi sunt variis modis generalem restringere sententiam. Augustinus hæcenus recte sentit, quod non putat de sacramentis intelligi debere. Nam etsi cum omnibus sacramentis alique preces coniuncte sunt, tamen aliud sunt preces aliud sacramentum, nec vis sacramenti in precibus posita est. Itaque cum peccator sacramentum administrat, non est peccator, sed Christus, qui exauditur, auctor sacramenti. Quod autem Augustinus existimat, ne de ipsis quidem precibus hoc in vniuersum verum esse, disputabilis quæstio est: videmus enim aliquando audiri à Deo peccatores, non solum cum veniam à Deo suorum peccatorum petunt, quam semper Deus paratus est dare: sed etiam cum alia perunt bona, quæ non ad corpus, sed ad animum pertinent. Placet mihi interpretatio Leōtij, quæ eadem Theophylacti, & Euthymij est, esse hoc ita intelligendum, Deum non sic peccatores audire, vt per eos ad declarandam eorum sanctitatem miracula faciat: de hac enim re hæc agebatur. Tota ratio duobus principiis nixa est, quæ quamuis cæcus non expresserit, intelligi tamen voluit. Alterum est, omnes homines, qui miracula faciunt, precibus facere, id est non propria auctoritate, sed imperata precibus à Deo faciendi potestate. Alterum, Christum itaque purum hominem miracula facere: illud quidem verum est, in hoc secundo cæcus errabat.

32. *A faculo non est audistum.* Exaggerat miraculum, inquit Chryostomus, vt maiorem argumento vim adhibeat: tanquam dicat, quisquis miraculum qualecunque facit, à Deo est, quanto magis Christus, qui non qualecunque, se tale miraculum fecit, quale neminem vnquam fecisse fando audistum est? Potest & alius esse sensus, vt probet his verbis cæcus verum fuisse miraculum, quod Christus in se fecisset: nec enim potuisse oculos nati cæci alia ratione, quam miraculo aperiri: quem enim medicum vnquam homini nato cæco dedisse visum? quemadmodum Theodorus Heracleensis videtur exponere. Obseruauit autem idem Theodorus, & alter Theodorus Mopsuest. Cyrillus, & Leontius, cum cæcus dicit, *A faculo, tacite Moysen ipsum includere, qui nullū vnquam tantum miraculum fecerit: itaque Christum illi anteposuisse, quem Pharisei paulo ante Christo prætulissent, suū discipulum illum Iesū, nos autem Moysi discipuli sumus.* Et, *nos scimus, quia Moysi locutus est Deus, hunc autē nescimus vnde sit.*

Moyse autem christum cæcus.

Yerf. 28. 29.

34. *Responderrunt, & dixerunt ei, in peccatis natus es tuus. & tu doces nos?* Hinc apparet mansuetudinem illā, qua ante Pharisei in interrogando cæco vti fuerāt, factam fuisse, & ad eliciendum ab eo aliquid comparatam. Nam vt Chryostomus, Theophylactus, Leontius, & Cyrillus adnotarunt, quamdiu spes illis fuit, aliquid ab eo diuersis interrogationibus exprimendi, quod ad Christi criminationem feruire posset, minus eam eo, & moderatius egerunt: cum vero vident aperte eam Christum defendere, seque insuper ab eo coargui, tum vero in contumelias erumpunt. Maxime vero commouet eos, quod ad eius argumenta respondere non possent, vt Theodorus Mopsuest. & Theodorus Heracleotes, Cyrillus, & Euthymius

indicarunt. Sic solent hodie deprehensi, & conuicti argumentis hæretici ad probra, & iniurias sese conuicere, & cum ad respondendum lingua hæreat, ad conuiciandum soluta est. Magis etiam eos impugnat, quod cæcus illos, id est homo vilis, abiecit, imperiticos, & nihil nisi peccare sciens, homines sanctitatis, & scientiæ opinione præcellentes, & vt vno dicam verbo, Phariseos, id est egregios, & ab imperitia multitudine segregatos docere videretur. Hoc enim vnum respondent, hoc queruntur, *Tu doces nos?* Atque hanc vim habent duo illa pronomina, *tu*, & *nos*. Quod dicunt *in peccatis natus es totus*, simplicissime ego quidem intelligo, id est homo vilis, ac si dicant, nihil aliud ab vtero matris tuæ vsque ad hodiernum diem didicisti, nisi peccare, & tu doces nos? sed tamen aliorum interpretationes nec præteribo, nec sequi alios prohibeo. Quidam igitur totum, id est corpore, & animo interpretantur. Nam animo, cum natus esset, iam fuisse peccatorem, siue propter originalem peccatum, siue quod, vt illi existimabant, eius anima in alio corpore peccauisset, id eoque in corpus aliud oculis orbatum inclusam fuisse, quemadmodum Cyrillus, & Leontius exponunt, & corpore ipso peccati vestigijs notato natum esse. Sic apparet vtrumque Theodorum Heracleotem, & Mopsuest. & Cyrillum intellexisse, estque valde probabilis explicatio. Alij totum putant ad ætatem referri, quasi dicant, toto tempore vitæ tuę peccator fuisisti, vt Chryostomus, & Theophylact.

Heretici in conuiciando phariseos disceptant.

Tract. 44.

Ad soluti animi cooperari debemus. serm. 15. de vit. apost.

erant. In magno nobis lucro ponendum est, quod à Phariseis, id est hæreticis, à schismaticis, à mundo etiam clamor fortis, tunc queritur, tunc suscipitur à Christo, qui dum eorū amicitia, quasi vinculis tenebatur, ab eo non visibatur. *Pater, inquit, meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.* Obseruatur hoc Augustinus, Chryostomus, Beda, Theophylactus. In interrogat Christus inuentum cæcum, *Tu credis in filium Dei?* bi pronomen *tu*, vt recte Cyrillus, Chryostomus, Euthymius adnotarunt, emphasis habet, quasi dicat, Phariseis, qui te eiecerunt, non credunt in filium Dei, quod tuan credis: Præstiterat illi Christus corporis medicinā, offert nunc & medicinam animæ, illum inauerat eius corpus, vult & animum, quod maius est beneficium illuminare, *Lauerat faciem corporis, modo lauat, inquit Augustinus, faciem cordis.* Quod idcirco facit, quia cæcus ob pimum beneficium gratum ostenderat, Christum corā Phariseis constanter defendens, vt vterque Theodorus Heracleen. & Mopsuest. Cyrillus, & Theophylactus admonuerit. Voluit enim Christus egregiā a lietam, qui fortiter pro se pugnasset, post victoriam, vt aiunt Chryostomus, & Theophylactus, coronare. Illud etiam opportune Theodorus Heracleotes animaduertit, cū eius Christus sanauit oculos, nihil interrogasse, cū autem sanate animam eius nihil interrogat an credat, quia ad salutem corporis nihil vnquam cum Deo cooperatur, ad salutem autem animæ aliquid non ipsi agitur. Hoc est quod Augustinus dixit, *Qui fecit se sine te, non inspicit te sine te, fecit nascentem, inspicit volentem.* Non interrogat an credat in se, sed an credat in filium Dei, siue vt modestius de loquatur, & nullam cæco admirationis occasionem daret, quod fecisset si statim primo loco rogasset, an in se crederet, hominem quamuis gratum, atque beneuolum, tamen qui nullam dei maiorem, quam de homine habere: opinionem. Paulatim in fidem ducit, & se illi ostendit, vt Samaritana fecit e. 4. 10. fuit, vt Cyrillus, & Leontius existimant, vt ostenderet, qui in se crederent, non tanquam in hominem solum, sed tanquam in filium Dei, verumque Deum credere debere.

36. *Quis est Dominus, vt credam in eum?* Cū respondit *quis est?* & addit, *vt credam in eum*, indicat se paratū ad credendum esse, tā iū sibi deesse illius cognitionem, credendum se libenter in eum, si se doceat quis ille sit, vt Chryostomus, Theodorus Mopsuest. & Euthymius adnotarunt. Sunt autem, qui putent cæcū non cognouisse Christum esse, cum quo loquebatur, quamuis crederet eum, à quo sanatus fuerat, fuisse Christum, verumque filium Dei, ideoque rogare, *quis est Dominus?* vt Theophylactus, & Leontius. Nec enim vnquam ante vidisset Christum, ideoque cognoscere etiam se eum loquentem non potuisset, quia, cū adhuc cæcus esset, in Siloē milis ab eo fuerat, ibique recepto visu statim ad Phariseos raptus erat, itaque tempus non habuerat Christum videndi, cognoscendique. Alij recte ex voce Christum cognouisse, eumque esse, qui curasset, idcirco honorifice dominum appellasse, quia adnotandum credebatur filium esse Dei, vt Theodorus Heracleen. & Mopsuest. Quod multo est probabilius. Nam si ante credidisset eum, qui eum curauerat filium esse Dei, iniuriam illi profecto fecisset, si à quoquam rogasset, quis filius Dei esset, vt in illum crederet. Rogat tamen Christum, à quo sciebat se esse curatum, quemque notandum sciebat filium esse Dei, quis filius Dei sit, vt in illum credat; hæc enim propter acceptum ab eo beneficium illi confidens, vt certo sibi persuasum habet non esse illum sibi imposturam, sed verum Dei filium ostenditur: itaque indicat se ad vnū eius verbum, sola que ipsius auctoritate cre-

ditum esse, vt Theodorus Mopsuest. animaduertit. Tanti est momenti ad petuendam diffidillima queque fidei mysteria doctorum sanctiū, & opinio, Signandus hic locus est aduersus Arianos, quorum hæresis multis in locis ex Caluisti cæno renascitur. Cum enim sciret cæcus Christum filium esse Dei eodem modo quo Prophetæ, & viri sancti filij Dei appellaturam eorum Prophetam, iam virum sanctum coram Phariseis confessor fuerat, ver. 17. 31. tamen ab eo ipso rogat, quis sit filius Dei: vtique non iam vt hominē sanctū, non iam vt Prophetam, sed vt Dei filium naturalis. Et eodem sensu Christus se esse respondet.

Arianus hoc loco refutatur.

37. *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Non dicit Christus, Ego sum, quod claruerat, & breuius, siue vt modestius de loquatur, vt Chryostomus, & Theodorus Mopsuest. indicant: siue, vt Cyrillus, & Theophylactus, vt ostenderet seipsum qui videbatur, qui loquebatur, qui genitus ex Maria erat, filium esse Dei, nec duos, vt Nestoriani postea putauerunt, sed vnū tantum esse filium. At loquens cum Samaritana palam dixit, *Ego sum, c. 4. 6.* Respondet Theodorus Mopsuest. aperte tunc dixisse, *Ego sum*, quia solus cum sola loquebatur; tunc non ita dicit, sed circumlocutione vt, quia multi alij, etiam Pharisæi auditores aderant, vt ex ver. 40. manifestum est. Aliam ego rationem, cui ita locuti fuerat, animaduertit, quod videatur vehementior esse, & efficacior oratio figurata, quam simplex. *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Plus enit & pondetis, & gratiæ hoc habet, quam si simpliciter dixisset, *Ego sum.* Probabile etiam est, quod quidā obseruauerunt, verbo ipso *Vidisti*, beneficium illi recepti visus in mentem reuocare voluisse. Intellegitur autē vidisse eum non ante, sed tunc, vt Leontius scribit. Nam ante nunquam viderat Christū, vt superius verba docuitur.

38. *Credo Dominus, & procedens adorauit eum.* Et verbis, & factis ostendit se vere credere Christum filium esse Dei, verumque et ipsum Deum. Non enim vt Prophetam, non vt virum sanctum, non vt hominem bene de se meritum vrbansitatis causa, sed vt verum adorat Deum. Sciebat enim ante & Prophetam, & virum sanctum, & bene de se meritum esse, & tamē nec adorauerat. *Vt videre, inquit August. qualem crederet? Et* *Tract. 44. procedens adorauit eum.* Itaque & hic locus aduersus Arianos notandus est.

39. *Et dixit Iesus, In iudicium ego in hunc mundum veni.* Dixit non cæco, qui iam credens ea non indigebat admonitione, sed Phariseis, qui adertant, vt ex sequenti versu intelligitur. Dixit tamē propter cæcū, id est sumpra ex illo occasione, qui cū & corpore, & animo paulo ante cæcus fuisset, & corpore, & animo visum receperat: itaque vitiose non nullis codicibus legitur, *Dixit ei.* Omnes fere auctores, Græci præsertim, Theodorus Mopsuest. Cyrillus, Chryl. Leontius, Theophylactus existimant iudicium hoc loco, si aut multis alijs maiorem condemnatione significare, quemadmodum si diceret se in hoc venisse, vt ex eo quod alij dederunt, & illuminarentur, increduli maiore punirentur cæcitate traditi in reprobam sententiam. Quod et ideo quibaldam non placet, quod nomen iudicij ad vtroloque & qui ex cæcis vidētes, & qui ex vidētibz cæci vident, referri videatur, & qui ex cæcis sunt videntes minime puniantur: tamen probabile est, quia non est necessesse, vt ad vtroloque nomē iudicij referatur. Possent enim sic oratio resolui, in condemnationem ego (eorum qui vident) in hunc mundum veni, vt cæcis videntibus ipsi cæcitate feriantur. Mihi tamen alius videtur germanus esse sensus, vt iudicium neque condemnationem, nec, vt alij volunt, Dei decretum significet, sed in Dei prouidentiam, quod vulgo etiam iudicium Dei folemus appellare, quasi dicat ad declaranda Dei iudicia

in hunc